

Innocentius 6.

243

Dilecto Filio . . . Abbati de Mezzano (f.) Apostoli-
ca Sedis Legato, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Ad auidientiam Nostram pervenit, quod inter Rus-
-am et Ducatum Cracoviae, quaedam extitit Provincia, quae
à Civitate Cracoviensi, quatuor distans diebus Lyncow (g)
vulgariter nuncupatur, in qua homines habitantes, li-
-cet Christiano nomine censeantur, quia tamen Venera-
-bilis Frater Noster Cracoviensis Episcopus (h) loci Diæ-
-cesimus, propter loci distantiam, et difficultatem via-
-rum, quas immeabiles facit densitas nemorosa, non po-
-test instructioni eorum intendere, in ruditate sua et caecitate

fere.

(f) Abbati de Mezzano Diocesis Placentinae, ut ait Alexan-
-der IV. in Litteris exhibita Nobis 6. dat. Anno 1257. apud Wad-
-dingum ad eum annum, et infra recitandis, in quibus huius de le-
-gationis fit mentio, et apud Reynaldum in Annal. Eccles. ad ann.
1248. num 90. ubi perperam cum dicit Abbatem Messanensem,
et vocabatur Opizo, testante Longino, in Hist. Polon. lib 7. Sub
Ann. 1246. et Reynaldo in Annal. Eccles. pluribus in locis
1246. n. 28. 1253. et seqq.

(g) Lyncow: Luce Regis memoratur et in Litteris Alexandri
IV. Anno 1257. apud Reynaldum lit. ad eum annum 11. 21.
que suo loco dabuntur.

(h) Cracoviensis Episcopus: Prandota Bialaczorius Anno 1242.
ordinatus, et anno 1266. die 21. Septembr. defunctus non si-
-ne Sanctitatis fama, qui fide, charitate, et religione plenus
et magnitudine virtutum egregius asperitur à Dlugosso
in Hist. Polon. lib 7., ac vita S. Stanislai Cracoviensis
in prologo lib. 3.

tere pristina perseverant, ibi puen nisi grandiusculi-
et egressus potentes firmare vestigium, ad fidei janu-
-am regenerationis, videlicet Sacramentum à Parentibus
adducuntur, propter quod multi decedunt, ibidem unda-
baptizmati non renati, et alia infinita pericula proveniunt
animarum. Nos itaque volentes super iis, quo possumus re-
-medio providere, mandamus, quod eundem Episcopum mo-
-neas attentius, et inducas, ut circa erudiendos populos Re-
-gionis illius, quos fidei Sacramenta Signarunt in fide
et Christiane Religionis moribus, et alias ad veritatis-
Christi notitiam invitandos efficaciter laboret. Si autem
hec dictus Episcopus neglexerit adimplere, vel tu cogita-
-tione habita diligenti perpenderit, quod propter interja-
-centium locorum distantiam, asperitatem viarum, vel
difficultates alias, idem Episcopus, nequeat illis populis
curam impendere, sicut oportuerit pastoralem; Tu Ve-
-nerabili Fratri Nostro Gnermensi Archiepiscopo Metro-
-politano Loci, et Episcoporum illarum partium com-
-municato consilio, prædicti Diocæsani requisiti Consen-
-su; Pontificalem ibi Sedem constituas, et aliquem
Virum Ordinis Fratrum Minorum, opere ac sermone
potentem illi plebi præficias in Episcopum et Pastorem,
faciens ei à suis Subditis reverentiam et obedientiam
debitam exhiberi. (a)

Datum Anagnine III. Idus Julii Pontificatus
Nostri Anno duodecimo.

307 Exhiberi: Id autem minime executioni mandatum fuisse,
qua de causa incertum, videbitur ex litteris supra memo-
-ratis Alexandri VI. Anno 1487. scriptis et infra legen-
-dis.